



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Medvlla Theologica

Ex Sacris Scriptvris, Conciliorvm Pontificvmqve Decretis, Et Sanctorvm Patrvm Ac Doctorum Placitis Expressa ; In qua, quidquid tum ad fidei mysteria sanè ac rectè intelligenda, & ab erroribus quibusvis secernenda, tum ad sacramenta debitè conficienda & ministranda, tum ad actiones humanas iuxta ...

Complectens ea quæ ad Sacramenta & mores pertinent

**Abelly, Louis**

**Coloniæ Agrippinæ, 1659**

XX. Quæ sit obligatio sigilli seu secreti in confessione seruandi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38979**

patienter modò, sed etiam amanter sustineat, nulli labori  
parcat, nullam molestiam refugiat, ut illorum spirituale  
bonum quovis modo procuret, ac novum semper Zelum  
divinæ gloriæ salutisquæ animarum in corde suo concipi-  
at & foveat, diemquæ illum fortunatum arbitrat, in  
quo peccatoris alicujus conversioni, ac sanctificationi di-  
vina aspirante gratia cooperatus fuerit, memoret illius sum-  
mæ charitatis, qua Christus optimus pastor peccatores, &  
peccatrices quasivit, vocavit, allexit, & ad se venientes  
misericordiæ sinu excepit, fovit, amplexus est; hancquæ  
divinam vocem ineffabilis prorsus benignitatis suæ tes-  
tem in sacris Evangelii reliquit S. Matth. 11. *Venite ad me  
omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos, Et dis-  
cite à me, quia mitis sum, & humilis corde.*

## SECTIO XX,

### *Qua sit obligatio sigilli seu secreti in confessione servandi.*

**D**ICENDVM I. hujus sigilli, seu secreti obligatio-  
nem esse strictissimam, aded ut nunquam liceat con-  
fessario peccatum aliquod in confessione auditum etiam  
post mortem ipsius pœnitentis ullo modo revelare: quod  
ita certum est, ut S. Doctor in 4. dist. 21. q. 3. a. 1. q. 1. ad 1.  
sententiam contrariam erroneam appellet; & cap. *Sacer-*  
*dos*, dist. 6. de Pœnit. & etiam cap. *Omnis utriusque* de pœ-  
nit. & remiss. depositionis pœna, & detractionis in ar-  
bitrio monasterium decernitur in hujus sigilli violato-  
nem.

Hæc autem tam stricta sigilli servandi obligatio (ut fu-  
probat Isamb. disp. 23. art. 1.) oritur tum ex iure natura-  
quo tenemur sub secreto nobis commissa celare; tum  
ex virtute justitiæ, quæ vetat proximi famam ledere; tum  
ex virtute religionis, quæ reverentiam sacramento Pœni-  
entiæ debitam servare jubet; tum maxime ex ipso jure  
divino

diuino positiuo : quia (vt rectè argumentatur Gamach. *uibus*  
 22. de Pœnit. eo ipso, quo Christus Dominus pœnitentia pecca  
 obligauit ad integram omnium peccatorum suorum con- sigilli  
 fessionem Sacerdoti faciendam, censetur etiam ipsum Syl. &  
 cerdotem obligasse ad secretum inuiolabiliter seruandi mer, S  
 aliàs confessio maximè odiosa fieret, nullaque ex ea ni cau  
 retur pax, & conscientia serenitas (quæ tamen sunt pax rare, n  
 pui Pœnitentiæ fructus, vt à Conc. Trid. sess. 14. c. 3. dicitur ius vi  
 est) sed potius inquietudo mentis in ipso pœnitente, ac Est  
 mor cõtinuus, ne confessarius ad declaranda peccata, q. Later  
 per eius confessionem nouit, ratione aliqua inducatur. In aut sig  
 si confessarius licitè posset peccata aliqua sibi confessari dilige  
 uelare, non teneretur pœnitens ea ipsi in confessione modo  
 clarare : cum ex institutione Christi Domini (vt supra canqu  
 tum est) non nisi ad confessionem secretam obligetur aliqua  
 quæ tamen secreta non foret, si Sacerdoti peccata per eum deratè  
 cognita euulgare liceret. Vnde patet tantùm abesse, vt vel illi  
 obligatio sigilli, in quocunq; casu seruandi, bono delicti  
 blico obster, quin potius maximè ad illud conferatur. In debet  
 ponamus enim perditum aliquem hominem molinip extra  
 ditionem, aut simile quidpiam facinus in reipublica eius p  
 niciem; si credat confessarium teneri, vel posse licite tens d  
 catum illud suum reuelare, nunquam hoc in illi com aliqui  
 fione declarabit; neque enim ad id obligabitur; & si de bea  
 peruersa voluntate perseverabit : vbi è contrà, si de debe  
 fessionis sigillo inuiolabiliter seruando securus existera priu  
 pondus conscientia suæ in eius sinum libentius exonerat Ga  
 ret, pijsque illius monitis, ac consilijs ab impio illo firmem p  
 nore deterreri posset. acquit

Dicendum 2. hanc sigilli seruandi obligationem secundum a  
 ex quauis confessione Sacramentali, licet absolutio, licet fra  
 ex defectu potestatis in confessario, aut dispositionis men n  
 pœnitente, siue ex alia quacunque causa non conferatur;  
 dum modo pœnitens eo animo faciat cõfessionem illatione  
 vt peccata sua Ecclesia clauibus subijciat. Ita S. Thom. texter  
 4. dist. 21. q. 3. a. 1. cap. 22. cui subscribunt S. Bonau. Ric. Dice  
 Gabr. Sor. & alij, quos refert, & sequitur Gamach. sup. sing  
 Si verò confessio non fiat animo subijciendi peccata cl  
 uibus

mach. quibus Ecclesia, sed v.g. alliciendi confessarium ad aliquod  
 peccatum, aut ei illudendi, ex tali confessione nulla oritur  
 sigilli seruandi obligatio, vt docet Adrian. Alenf. Viuald.  
 Syl. & alij, apud eundem Gamach: qui tamen rectè mo-  
 mer, Sacerdotem in eo casu non debere leuiter, & sine gra-  
 ui causa, ea, quæ per eiusmodi confessionem nouit, decla-  
 rare, ne inde scandalū oriatur, sed adhibito prudētis alicu-  
 ius viri consilio id facere, quod magis expedire videbitur.  
 Est autem obseruandum in citato decreto Concilii  
 Lateran. dici, *Confessarium omnino cauere debere, ne verbo,*  
*aut signo, aut alio quouis modo prodat peccatorem;* quæ verba  
 diligenter à quolibet confessario perpendenda sunt, non  
 modo, ne ex verbis suis licet generatim dictis, aut quibus-  
 canque signis, vel nutibus; sed etiam, ne ex pœnitentia  
 aliqua, & satisfactione pro peccatis occultis minùs confi-  
 deratè imposita, alij conuicere possint, pœnitentem hoc,  
 vel illud peccatū speciatim, aut generatim graue aliquod  
 delictum perpetrasse. Imò tanto huic confessionis sigillo  
 debetur reuerentia, vt ne quidem cum ipso pœnitente  
 extra confessionem loqui liceat, de peccatis, aut negotiis  
 eius per solam confessionem cognitis; nisi ipsemet pœni-  
 tens de iis confessarium interroget. Quòd si confessarius  
 aliquid in confessione omisit, quod pœnitenti indicare  
 & debet, v.g. restitutionem aliquam faciendam, id supplere  
 debet, non ex abrupto, sed prudenter, ac priuatim, & peti-  
 tera prius ab ipso pœnitente venia: quæ omnia fuse expli-  
 cat Gamach. suprà, vbi insuper addit, nec ipsum Sacerdo-  
 illum posse vti notitia, per confessionem sacramentalem  
 acquisita ad suam, aut aliorum directionem, vel ad arcen-  
 dum aliquod malum; si ex isto vsu, & applicatione sequa-  
 tio, aut fractio sigilli, aut probabile fractiois periculum: si ra-  
 tionis nen nihil tale impendat, & prudenter se gerat confessa-  
 rarius; ita vt omnem remoueat temerati Sacramenti suspi-  
 cionem, potest tunc eandem notitiam ad pios vsus con-  
 hom. tertere, præsertimque ad malum aliquod impediendum.  
 u. Ric Dicendū 3. sub sigillū confessionis cadere, primò omnia,  
 h. suprà singula peccata mortalia, siue pœnitentis, siue cōplicitis,  
 c. cl. tam  
 uibi

tam in particulari quàm in generali; omnia etiam peccata venialia in particulari, eorumque circumstantias, quæ non nisi per confessionem cognoscuntur: item ea omnia quæ licet peccata non sint, talem nihilominus cum peccatis in confessione declaratis, connexionem habent, ut illis cognitionem, aut suspicionem ingenerare possint. Ita ex S. Thomæ, & aliorum Theologorum communis doctrina Isamb. disp. 23. art. 4. ubi adjungit, etiam defectus, sive naturales, sive acquisitos ipsius pœnitentis, quæ non aliter quàm per confessionem innotescunt, sub illius sigillum cadere; aliàs odiosa redderetur confessio, & pœnitenti probrosa, si defectus ejusmodi per illam cognitionem manifestare liceret: opera vero bona, & virtutes ipsius pœnitentis sub illius sigillum proprie non cadunt, quamvis aliunde confessarius juxta intentionem pœnitentis secretum ipsi servare teneatur.

Dicendum 4. non modò confessarium, sed etiam interpretem, si fortè pœnitens aliquem ad explicanda peccata adhibuerit; alios denique omnes, qui quocumque modo licito vel illicito, sive data opera, sive calu fortuito peccata illa cognoverunt, quæ per solam confessionem sacramentalem innotuerunt, pari obligatione sigilli servandi teneri. Ita docet S. Thom. Palud. Sor. Med. Sylv. Navar. alii apud Laym. Ratio est; quia secundum regulam juris res ad quemcunque perveniat, cum onere suo transit, & habetur cap. *Pastoralis*, de decimis: ac proinde ad quemcunque peccatorum alienorum notitia per solam confessionem perveniat, ad illos etiam servandi sigilli eadem obligatio transibit.

De consensu tamen pœnitentis potest confessarius aliqua causa rationabili, & propter ipsius pœnitentis maiorem utilitatem, peccatum illius in confessione autem alteri declarare, ut docet S. Thom. in 4. dist. 21. q. 3. art. 2. & cum eo communiter Theologi, ut videre est apud Isamb. disp. 23. art. 6. qui tamen art. seq. rectè admoneo consensum illum pœnitentis debere esse plenè voluntarium, liberum, formalem, & expressum; nec sufficere

ritum seu virtualem, aut interpretativum.

Quæres, an etiam pœnitens ad sigillum teneatur respectu eorum, quæ confessarius in hujus Sacramenti administratione ipsi vel dixit, vel injunxit. Communis Theologorum responsio est negans ut docet, Major Sotus, & alii apud Suar. disp. 33. sect. 4. canones siquidem sigilli obligationem præcipientes nullam pœnitentis faciunt mentionem. Quamvis autem sigillo Sacramentali non obligetur, lege tamen naturali tenetur ad secretum servandum, quando ex illius revelatione aliquod damnum in ipsum confessarium derivaretur; aut, quamvis nullum inde ipsi immineret damnum, aliquid tamen contra ejus voluntatem in illius secreti manifestatione, sine ulla rationabili causa fieret. Quod si confessarius eo impietatis delaberetur, ut in ipso Pœnitentiæ tribunali pœnitentem ad peccatum aliquod sollicitaret, tunc posset pœnitens illum ad superiores deferre; imò aliquando teneretur: si nimirum ex silentio suo plurimum aliorum ruinam sequi videret, quos ipse confessarius ad peccandum induceret.

## SECTIO XXI.

### *In quibus casibus confessio nulla sit, & ideo iteranda.*

EX ante dictis facile colligi potest, quænam ad confessionis Sacramentalis & subsequenter absolutionis validitatem necessariò requirantur, tam ex parte pœnitentis, quam ipsius confessarii; quorum si vel unum desit, confessio illa, & absolutio irrita sit, atque adeò iteranda. Quæ quidem majoris facilitatis gratia breviter hic subiciemus.

Atque in primis ex parte pœnitentis quinque præsertim requiruntur. Primum est, ut diligentiam rationabilem, & sufficientem adhibeat in discutienda conscientia, præsertim quando ad Pœnitentiæ tribunal rariùs accedit.

K

&amp; se